

Discursus Studenticus ...

**Pensum Octavum : De Magnificentia Rectoris Academici ... Domino Jacobo Carmonio, JCto ... Insignia Academica Anno MDCCXXXIV. d. IV. Maji Maxima Cum Magnificentia septima jam vice acceptanti inscriebant Pomerani**

Rostochii: Adler, 1734

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn828612226>

Band (Druck)   Freier  Zugang   

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn828612226/phys\\_0001](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn828612226/phys_0001)



MK-7973<sup>a</sup>.





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn828612226/phys\\_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn828612226/phys_0004)

DFG



Fr. Bachmann

15 Briefen  
1732-75

wol. unicum

U. - Bibl. hat nur einen Teil

PENSUM OCTAVUM  
ΔΙΑΝΟΗΜΑΤΟΣ ΣΤΟΥΔΕΝΤΙΚΟΥ  
DE  
**MAGNIFICENTIA**  
**RECTORIS ACADEMICI**  
**VIRO**  
**MAGNIFICO, CONSULTISSIMO, EXCEL-**  
**LENTISSIMO**  
**D O M I N O**  
**JACOBO CARMONIO,**  
Jcto & Antecessori Longe Celeberrimo, Consistorii  
Ducal, Megapol. Directori & Consiliario Gravissimo, Pan-  
dectarum Professori Ordinario Famigeratissimo, Amplissi-  
mæ Facultatis Juridicæ hodie Decano, nec non Colle-  
gii Ducalis & FCtis suæ Seniori Venerando,  
**IN SIGNIA ACADEMICA**  
ANNO MDCCXXXIV. d. iv. MAJI  
**MAXIMA CUM MAGNIFICENTIA**  
septima jam vice  
acceptanti  
inscribeant  
**POMERANI.**

---

ROSTOCHII,  
Typis JO. JAC. ADLERİ, SEREN. PRINC. & ACAD.  
Typographi.



## SECTIO PRIOR.

DE  
MAGNIFICENTIA  
IN SENSU GENERALIORI.

§. I.

**S**i unquam differentiae quærendæ sint in iis quæ sunt συγγενῆ sive σύμορφα, certe in affinitate Liberalitatis & Magnificentiae sunt investigandæ, quippe certe nimia harum cognatione non veteris tam, quam recentioris Philosophiae & Sapientiae humanæ ORACULA, quo heroico prædicato mactat AUG. BUCHNERUS (a) HUGONEM GROTIUM τὸν πάντα, dum magis gradualiter quam formaliter & specificè istas differre sibi finixerunt, falsa sunt. Ad obrusam παιδείαν moralis autem omnia pensant & examinanti inducitur sat luculentior diaφορία Specifica rationes diversimodas agendi suppeditans.

(a) In Epp. Part. I. Ep. XXI. p. 37.

§. II. Conveniunt autem μεγαλα in uno tertio quod hic quidem facit objectum generale sive χρηματα; Quoad quale toto coelo differunt, cum hic dentur δωσιδάνη quæ sunt in specie sumptus magni, dignitatem & splendorem eximium ut comites secum necessario coniunctos circumducentes.

§. III. Sic enim sumptus illi splendidissimi non tam in privatam, quam publicam vergunt utilitatem, quæ sese exerit vel in Sacris vel in Civilibus seu profanis. Ad Sacra exornanda olim spectabant Anathemata sive donaria Atheniensium, & id genus alia, puta Ptochotrophia, Orphanotrophia, Brephotrophia, Nosocomia, Xenodochia, Gerontocomia &c. de quo GEORG. SCHÖNBORNERUS (a) in partem hujus Decoris Magnifici venientia, quibus honorem Deorum magnificare allaborabant; ut Bibliothecas multorum Ingeniorum & monumentorum fidelissimas vindicatrices jam non attingamus.

(a) In Libb. Politicorum Lib. III. Cap. XVIII. p. 209.

§. IV. In Civilibus Athenienses penes deprehendere licet Magnificentiam quadruplicis generis observante GIPHANIO (a) quo referatur 1) χωρητία i. e. subministratio apparatus Scenici; 2) εἰσιτήρια Φυλῆς prandia & epulae tribunitiae; 3) τελεταρχία munus instru-

struendarum navium bellicarum ; 4) γυμναστιαρχία præfeturæ & impensæ, quæ siebant in ludos palæstricos, Gymnicos &c. Cui merito & annumerandum putarem Enophthalmismum nec non torneamentum ab ERICO DANORUM REGE, hic ROSTOCHII exhibatum MAGNIFICENTISSIME, ceu descriptum reperis apud CHRISTOPH. WOLDENBERGIUM (b).

(a) Lib. VI. 3. p. III. (b) In Diff. Jurid. de Majuma ad L. unic. C. Lib. XI. Tit. XLV. Thes. VIII.

§. V. Felicissimi Atheniensium in hoc æmulatores fuerunt Romani famam Magnificentæ ab ipsis fere ortus sui teneris annis & incunabulis venantes, quo elogio eos ornat SALLUSTIUS in Catil. (a) *cum domos atque villas urbium mirum in modum edificatas gloriâ, delubra Deorum pietate decoraverunt.* Quocirca testante FLORO (b) meriti sunt, ut Legati Pyrrhi, Roma redeuntes Regi suo interroganti, quid de hostium sede sentirent? Urbem templum sibi visam, Senatum Regum confessum esse confiterentur, ut alto prenamus silentio quæ PLINIUS (c) refert de Trajani foro.

(a) Cap. XII. (b) Lib. I. Cap. XVIII. §. 20. (c) In Paneg. Cap. LI.

§. VI. Qua sumtus principales & primarios Magnificentæ hæc satis sunt. Ad minus principales & secundarios quod est, ubi sumtus splendidi & magnifici licet, privatis tamen dignitatibus augendis & condecorandis magis impenduntur jamjam utroque acelerantes gradum festinamus, eos declaraturi. Horum eensi vero annumerandæ forsitan erunt Magnificentia Principum in remunerandis Ministris de se bene meritis, de qua RECTOR MAGNIFICUS (a) Splendiditas nuptiarum, solennitas funerum, vestium elegantia & quæ sint alia.

(a) In elegantissimo discursu Juridico de Remunerationibus Principum erga Ministros præprimis ob benemerita in Specie Cap. II. & IV. per tot.

§. VII. Missis itaque Remunerationibus Principum Magnificis, de splendidis nuptiis ut prolixiores simus, jam nostra non fert ratio nec scopus, nisi ut illum certe nec liberalitatis, nec magnificentiae laude æstimari volentem EUCLIONEM PLAUTINUM (a) Senem triparcum adducamus. Qui cum liberior exorrecturus frontem & in nuptiis filiæ fœdo avaritiae nexus exauspicatus videri veller, pa-

A 2 tiebatur

tiebatur, ut tandem cupidus ejus animum occuparet, vel umbram munificientie, (qui magnificentiae?) nummis tam arcte, tam sollicite corrasis scenerandi, sic namque

*Volui, inquit, animum tandem confirmare hodie meum,  
Ut bene haberem filia nuptiis.*

A qua tamen misera nummorum servitute quam longissime aberat GERMANICUS ad vivum sane magnificentiam ARISTOTELIS (b) exprimens, quod dum Galli, Itali & Hispani arma, equos, aurum offerebant, laudato eorum studio arnis modo & equis ad bellum sumptis pecunia propria militem juvit. Id quod & Romani fecerunt erga Neapolitanos & erga Regem Macedoniae PHILIPPUM, referente LIVIO (c) legatis gratiae actae pro munificentia curaque; patera, quae ponderis minima fuit, accepta, ceu asserit ARNOLDUS CLAPMARIUS (d). En itaque Munificentiam, Magnificentiam ab utriusque parte! Sic non illa sibi hanc, sed haec sibi illam obstrictam reddebat. Quod omnino consulitus & satius. De cetero quoad magnificentiam nuptiarum duo illustria Specimina affert JOH. JOV. PONTANUS (e).

(a) Pl. Aul. Act. 2. Scen. 8. v. i. (b) IV. Ethic. C. IV. & V. (c)

Lib. XXII. (d) In Conclusionibus de Jure Publico Disp. I.

Concl. CXLI. p. m. 40. (e) Lib. de Magnificentia Cap. XVI.

ad finem subjiciens: Nec iam an sol in hoc magnificentia genere quidquam viderit magnificantius?

§. VIII. Vivi huic sumus solemnitatem funerum supercedentes, in deliciis tamen omnino habemus annotasse Magnificentiam CHRISTINÆ gl. mem. REGINÆ SVECORUM, quam in Monte Brunconis Sepulchro RENATI DES CARTES magnifice exornando præstítit, cuius ossa & postea Lutetiam Parisiorum transmissa in templo S. Genevieve Epitaphio marmoreo & plane magnifico condecorata cernere juvabit, de quibus Clariss. M. JONAS BÀNG (a).

(a) Diff. Acad. I. de Monte Brunconis §. XII. p. 42. seq.

§. IX. Paucissimis Magnificentiam in vestitu ponderaturi sumus per indirectum qua Misocosmiam Magnatum. Si dicere nos oportet quod res est, nobis non juxta est, num in Magnifico βαναυσίᾳ η απεργοναίᾳ, an vero μηρωπείᾳ deprehendatur. In melius

fane

sane interpretabuntur Principis Luxum vel insolentiam, quam sorditatem. Et peccet consultius in excessu, quam in defectu. Utrumque quidem taxandum, ast posterius magis. E recentiori memoria arcessamus LUDOVICUM XI. Francorum Regem, hic ut aliorum Principum Magnificentiam procularet cultum ac vestitum sordidissimum affectavit pileo præpingui imagunculis & cochleis squalenti, veste lanea vilissimi pretii ac tetrici coloris. Exstabant in publicis rationibus duo capita, quorum altero viginti asles expensæ ferebantur, ut thoraci regio brachialia nova consuerentur; altero denarii quindecim, ut axungia ocrea regalia ungerentur, quomodo scribit BODINUS (a) addens hanc ἐπίχριστον : ea res peregrinos ad principem aspernandum & subditos ad deficiendum excitare consuevit. Et quid mirum?

(a) Lib. VI. de Republ. Cap. 2. p. 1059.

§. X. Quod & Magnificentia seū ostendat in officio recipiendo rum in hospitium & dimittendorum, liquet. Præprimis ut hospites benigne & hilariter exceptos pro facultate præstitis amice dimittas. Quo intendit digitum HOMERUS (a) illo vetusto :

Γεν Σεΐνον παρέοντα φιλέν, ἐθέλοντα δὲ περιέν.

Quam ob rem omnino suaviter sonat, quod TACITUS (b) de nostris majoribus Germanis affirmat, quod scilicet nulla alia gens convictibus & hospitiis magnificentius indulserit &c.: Quid? quod fert quoque hic locus laudare Magnificentiam CIMONIS, Atheniensis privatos lares in publicum velut hospitium vertentis, quod civibus juxta atque hospitiis pateret, cumque locis compluribus prædia hortosque haberet, nunquam eis custodem imposuerit frumentus servandi gratia, ne quis impediretur, quo minus ejus rebus, quibus vellet, frueretur, teste CORNELIO NEPOTE. (c)

(a) Odyss. O. vers. 74. (b) In Libello de Germanorum moribus Cap. XXI. (c) In vita Cimonis.

§. XI. Supereftet equideū hic insinuare magnificentiam, quæ observanda est in ædificiis exstruendis cuius CICERO (a) mentionem injicit, monens Magnifico adhibendam esse dignitatis & commoditatis diligentiam in ædificando. Verum enim vero cum tantum abeft, ut videamus priscam & simplicem Patoria Seſta integratatem apud

Romanos olim vigentis, ut magis ædes Magnificentiae congruentes dentur, proinde de his altum instituimus silentium,

(a) C. de officiis Cap. XXXIX.

§. XII. Qua differentias residuas liberalitatem & Magnificentiam intercedentes, plura invenirentur afferenda, præsertim si haberemus respectum non tam Magnificentiae in sensu abstractivo, quam concreto, ubi sic officia Magnifici certis attributis & circumstantiis definitum ratione *persona*, quam hic oportet esse ἐν γενὲ καὶ ἐν δοξῃ, ut operibus suis magnificentiae jubar affundat; tum *opum* jam *partarum*; tum *rationis vita*, ut ne cum magna haut raro Magnifico immineat invidiae tempestas, vietas manus det, sed auctoritate splendidus præcellat. Breviter: Quicquid in hominibus private fortis audit liberalitas, illud in Principibus dicitur Magnificentia annotante BOECLE-RO (a) & BODINO (b). Proinde limen sectionis Posterioris salutantibus sic satis.

(a) In Ethic. tit. de Magnificentia. (b) I. c. L. V. p. 367.

## SECTIO POSTERIOR.

### DE MAGNIFICENTIA IN SPECIE RECTORIS ACADEMICI,

§. I.

PEnitissime intima humanæ naturæ penetralia perspexisse videntur, pronunciantes, omnem animi voluptatem in eo sitam, quam quis haberet, ut cum aliis sese conferens magnifice de se ipso possit sentire, assidente NICOLAO LUNDIO (a). Habet enim venerationem justam quicquid excellit magnificantia, & ex Judicio hominum constituitur valor personarum in communi vita, juxta quem aptæ sunt aliis exæquari aut comparari, anteferri aut posthaberi (b). Proinde nulla res tanti sit aut ullum commodum tam expetendum, teste CICERONE, quam ut viri BONI splendor ac nomen magnificum non amittatur, præsertim RECTORIS ACADEMICI, qui quasi magni corporis magnus animus, a quo vitalem spiritum trahunt & salutare regimen accipiunt tot Studiosorum Miriades, nil ipsæ per se futu-

futuræ, nisi ludibrium audacis violentiæ, ceu asserit ANTONIUS  
ÆMYLIUS (c).

(a) In Diff. de ambitione honesta §. 2. (b) Novell. præfat. & Cap. 2.

(c) In Diff. Politic. IX. de Iracundo Rectori populi p. m. 201.

§. II. Ex quibus jam forte apparet, non esse animo, multum de magnificentia fari eo in significatu quo reperimus apud JULIUS CÆSAREM (a) sumi, cui populi dicuntur magnificientiam exhibuisse; Nec de Regia magnificentia, quæ occurrit in CURTIO (b) sollicitos magnopere esse; neque Venetorum magnificientiam attingere, qua ipsos maestat Acutissimus ac Ingeniosissimus OWENUS (c); multo minora recipere propinanda de magnificentia vocis ac sermonis ceu quarto specimine quasi virtutum in Principibus cultum magis, quam amore in accelerantium, quomodo tradit ERICUS MAURITIUS (d); Tantum & abesse, ut meminerimus magnificentia ludorum, quæ insinuatur a JUSTINO (e) ut potius dicendum sit de magnificentia RECTORIS in specie ACADEMICI.

(a) Lib. IIX. de Bell. Gall. Cap. LI. 3. (b) Lib. IIX. Cap. 13. §. 20.

(c) Libr. Epigrammat. pag. 31. n. 18. (d) In Diff. Juridic. de

potestate Principis, Lege Regia & Jurisdictione, Thes. VII. (e)

Lib. IX. Cap. VI. 3. p. III.

§. III. Ad originem quod attinet MAGNIFICI RECTORIS ACADEMICI, omnino pauci sumus, præsertim cum hæc spectat ad ipsam cujuscunque ACADEMIÆ foundationem, de quibus pluribus GEORGIUS SCHÖNBORNERUS (a) ubi syllabum florentissimum in Germania, Gallia, Hispania, Anglia &c. Academiarum adjicit. Quæritur autem hic: A quonam dependet MAGNIFICENTIA RECTORIS ACADEMICI hujusque jura? Prætendit quidem Papa sibi hujus approbationem arrogare. Ast page! Nam illa merito spernenda est Jurisdictio, quæ ex ira territorium Jus dicens exercetur l. fin. ff. d: Jurisd. Dependebit ergo ea ex autoritate SUMMI PRINCIPIS.

(a) Politicor. Lib. IV. Cap. IV. p. 293.

§. IV. Nomen itaque MAGNIFICI maximæ esse aestimationis, vel ex hoc liquet, quod JULIANUS ille MEDICES autore JOVIO in vita LEONIS X. in Rem publicam Florentinam reductus singulari comitate & humanitate DOMINI & MAGNIFICI nomen declinaverit, referente ARNOLDO CLAPMARIO (a). Quid? quod RECTORI MAG.

MAGNIFICO PRAGENSI ex reverentia cessisse dicitur CAROLUS IV. IMPERATOR ROMANUS gl. m. teste NIC. HIERON. GUNDLINGIO (b). Ut taceamus nec Principes pudere hujus nominis, cum dicantur RECTORES MAGNIFICENTISSIMI, quorum qua hanc Altam, magnum numerum adduxit summa observantia colendus FRANCISCUS ALBERTUS AEPINUS (c) item B. JOH. NIC. QUISTORPIUS (d).

(a) Lib. VI. de simulacris Imperii Cap. VII. p. 284. (b) In den ausführlichen und vollständigen Discours über dessen Abriss einer rechten Reichs-Historie Period. VII. von Rudolpho Habsp. bis auf Carl IV. §. 404. p. 824. (c) In Schediasm. Hist-Politico. de RECTORIBUS ACADEMIÆ ROSTOCHIANÆ MAGNIFICENTISSIMIS atque ILLUSTRIS SIMIS. p. t. (d) Programmate insolenni incarnationis Filii Dei Secul. XVII. festivitate ultima proposito, ubi historiam amantibus recurrentis Sec. XVII. memorabilia ACADEMIÆ NOSTRÆ insinuat & brevissimis potiora ex matricula juxta seriem RECTORUM MAGNIFICORUM isto Seculo solennissima Magnificentia inauguratorum enarrat.

§. V. Alluceat sane & ex hoc fundamento splendidior MAGNIFICENTIÆ RECTORIS nimbus, quod JUSTINIANUS, ceu ipsa inspectio literarum docet, egrégiam constitutionem de Methodo Jus docendi Pandectis præmissam, Professoribus Juris ACADEMIÆ BERYTHIENSIS & CONSTANTINOPOLITANÆ, non tanquam hominibus de Schola, uti hodie Adulatoribus aulicis moris esse assolet, sed VIRIS maxime ILLUSTRIBUS ceu ipsos appellat, inscriperit, testante RUDOLPHO HEINRICO REDEREX (a). Quando autem hodie PROFESSOR JURIS ubique gentium CELEBRATISSIMUS insuper RECTOR MAGNIFICUS electus (a) ac constitutus est, nonne vocetur ILLUSTRIOR, quin imo ILLUSTRISSIMUS? Omnino. Præsertim cum nullum aliud imperium hujus comparetur. Erit enim semper Par dispar.

(a) In Programmate ad Disput. Inaugur. Juridic. DN. GEORGII Willm. de Errore calculi disputantis.

§. VI. Insignia Academica augent quoqne Magnificentiam RECTORIS ACADEMICI. Sic enim præferuntur in actu solenni ac MAGNIFICO ACADEMICORUM COMITATU duo argentea ea que auro quoad partem superiorem & inferiorem obducta, SCEPTRA, quo genere insignia & Reges & Principes utuntur. Quid autem

( 9 )

autem hæc sibi aliud volunt insignia duo, quam ut ostentetur *arachos*  
via his ipsis Magnificentæ Regiæ. Dicuntur & alias FASCES  
ACADEMICÆ. Quarum origo debetur Romulo, qui sibi fasces XII.  
præferri jussit, aliam licet faciem habentes, Auctore GELLIUS (a).  
ANNULUS AUREUS & ipsi traditus, quo utitur in creandis  
Doctribus omnium facultatum, in signum traditæ potestatis,  
quemadmodum legitur in CURTIUS porrectione Annuli aurei *Hæ-  
phæstioni* concessisse potestatem ALEXANDER; ut VESTEM  
REGIAM PURPUREAM, cuius segmenta ac frustula, ne qui-  
dem venire debebant ante constitutionem & concessionem LEO-  
NIS teste BECMANNO (b) maxime cum usum purpuræ Imper-  
ator sibi sue domui vindicaverat, eo quod videretur Eminen-  
tiæ & Magnificentæ ejus adversari, eodem cultu privatos, quo Prin-  
cipem confîpici referente M. JOH. BEHMIO (c) transeamus, qua-  
tamen PRIMUM LIPSIENSIS ACADEMIÆ MAGNIFICUM RE-  
CTOREM JOHANNEM OTTONEM de MÜNSTERBERG,  
S. S. THEOL. BOCT. exornatum tibi sistit atque exsculptum  
AUTOR ANONYMUS (d); aliis insignibus hujus Commatis Re-  
giis poplo silentio involutis.

(a) Lib. II. Cap. XV. (b) Syntagma. Dignit. Dissert. VII. Cap. I.  
§. 7. pag. 702. (c) Exercit. Histor. de Encausto Imperato-  
ribus olim Sacro §. V. pag. 17. (d) Der Vergnigung müß-  
gen Stunden P. I. pag. advers. præmissa Titulo.

§. VII. De Imperio RECTORIS MAGNIFICI quæritur *quale?*  
Si dicendum quod res est, habet R. M. Imperium non merum  
sed mixtum *Auth. Habita. Ne Fil. pro Patr. verb. Delictum.* De-  
bitum, quod confirmat SAM. STRYKUS (a). Ut adeo utatur  
jure clericorum observante LINDEMANNO (b) statutis locali-  
bus non adstrictus afferente COTHMANNO (c). Id quod &  
qua VARNIACÆ & GRYPHISWALDENSIS ACADEMIÆ RE-  
CTOREM MAGNIFICUM appetet, dum juri Lubecensi in his civi-  
tatis licet receptæ, non ligatur. Tantum quippe ex jure alieno hic  
valet, quantum observatum. Nec præjudicant mores Civitatis juris-  
dictioni exempto, Autore DAV. MEVIO (d). Quid? quod licet & ali-  
quando R. M. ut agat Judicem in propria causa H. CONAU (e).

(a) In U. M. ff. Lib. II. Tit. I. §. XIV. p. 187. (b) In Discurs. de  
B Histor

Histor. Juris Thes. 75. (c) In Respons. Academic. 10. Num. 2.  
 (d) In Comment. ad Jus Lubec. Quest. prælimin. III. Num.  
 25. 26. p. m. 33. (e) In Diff. Jurid. de Competente Judice in  
 propria causa Cap. II. Class. II. §. 3. pag. 18.

§. VIII. Coruscat & radiis splendidissimis MAGNIFICENTIA  
 RECTORIS in eo, quod in Academiis quæ *Lugduni Batavorum*,  
*Gröninge*, *Franequeræ* &c. vigent, nulla unquam inauguralis dis-  
 sertatio sive Theologica, sive Juridica, sive Medica, solem salu-  
 tet, cuius frontispicium non præ se ferat Autoritatem RECTO-  
 RIS MAGNIFICI expressum. Efferenti: *Postulatur*, propriam si-  
 bi faciat inductionem evolvendo omnes & singulas disserta-  
 tiones inaugurales. In quonam autem magnificientius MAGNIFI-  
 CENTIA RECTORIS splendescat, quam in concedendis & con-  
 firmandis Honoribus Doctoralibus cum Doctor Nibili genere sit  
 præferendus, indigitante CHRISTIANO WOLDENBERGIO (a)  
 nedum JOHANES DUX MEGAPOLEOS gl. m. Parisiis assum-  
 ferit gradum DOCTORIS Theologiae, unde Historicis JOHAN-  
 NES κατ' ἔγοχην THEOLOGUS audit.

(a) In positionibus Politicis dissert. supra citatae annexis posit.

XIX. ubi notandum, nos non cum WOLDENBERGIO τῷ  
*Nibili* explicare in casu ablativo, sed tantum in Dativo.

§. IX. Nec minori splendescit nimbo Magnificentia RECTO-  
 RIS ACADEMICI in solemnitatibus JUBILÆORUM, CONVI-  
 VIORUM DOCTORALIUM, PRÆCEDENTIARUM, INTRO-  
 DUCTIONIS alicujus Autoris, qui in Scholis PROFESSORUM  
 publicis explicetur, quale exemplum habemus in ARISTOTELE,  
 qui PETRO RAMO relegato Parisiis Anno MDCI, solemnitatibus  
 Magnificentissimis, tympanis puta & tibiis introductus locabatur  
 auf dem Meister-Sessel, ceu refert ex LAUNEJO de ARI-  
 STOTELE pag. 179. Edit. Paris. JOH. WILH. 3JEBOLD  
 (a). Ut ne attingamus chorum STUDIOSORUM ROSTOCHI-  
 ENSIUM (b) RECTORI MAGNIFICO Musicam magnifice ador-  
 nantium, qui solenni oratione peracta omni magnificentia excepti,  
 postmodum sese de meliori commendantes splendidissima remeti-  
 untur processione. Accedit illud magnificentissimum: VIVAT  
 RECTOR MAGNIFICUS, VIVAT 3OCH!!! Ut præter-  
 mittam

mittam Carmina Studiosorum nitidissima RECTORI MAGNIFICO inscripta.

¶) Quos immeritos vocat LYMNÆUS halbe Papen, cum potius ab irata plebe animo injuriandi appellari assolent: Papen absque addito: halbe, ceu tradit Celeberrimus J. H. SIBRAND in Diss. Juridic. de foro Clericorum privilegiato §. I. n. 4. pag. 3. Ast instituant THEOLOGIÆ STUDIOSI actionem injuriarum, in NOS Themidis castra sequentes ista affectio non cadit.

§. X. Nos POMERANI MAGNIFICENTIAM TUAM, RECTOR MAGNIFICE, non satis admirari valentes, obstupefscimus sane ad SCEPTRA TUA quidquam contribuere, quo TUUM NOMEN MAGNIFICUM maestemus, timidi nimis, ne tantum absit, ut *fuis* sit felix faustusque, ut magis *medium* ipsum, quo utimur, statim impingat in *initio*. At enim vero quicquid est, appareat saltem hæcce INSCRIPTIO, quæ cum non secum quidquam MAGNIFICENTIÆ vehat, saltem a TE benigne excepta aliquid consequetur:

**JACOBUS. CARMONIUS.  
RECTOR. MAGNIFICUS.**

Sanctissima. Necessitudine.

**Omnes. Omnia. STUDIOSORUM. Caritates.**

Unus. Solus. Totus.

Complectitur.

HIC.

Omnium. Civium.

Spes. Fortunas.

Libertatem.

Ipsa. Chariorem. Vita.

Continet.

H U J U S.

Cura. Paterna.

A C A D E M I Æ.

Salvam. Præstat. Navim;

B 2

In

In.

Turbido. Rerum. Humanarum. Oceano.  
Variis. Jactatam. Fluctibus.

HUIC.

Omnis. Bonus.

Vel.

Novissimum. Impendit. Spiritum.

HUNC.

Prætexta. Induta.

Publico. Profuturum. Bono.

Arctissimum. Amoris. Mutui. Vinculum.

Quo.

Ipsa. Constringit. Natura.

UNIVERSITATEM.

Individuo. Complicatam. Nexus.

Alter. Ut. Alteri.

Suorum. Partem. Annorum.

Consecrat.

Ecce!

AB. HOC.

Ut. Sydera. Extra. Nubem. Ita. Sine. Persona.

Putante. Animus.

Genuina. Vitæ. Integritas.

STUDIOSORUM.


Eundem. Qui. Fronti. Colorem.

Submoto. Linguæ. Tectorio

Maledicto. Verborum. Involucro.

Omnem. MAGNIFICENTIÆ. Gratiam.

Conciliabit. Sibi. Habebit.










Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn828612226/phys\\_0021](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn828612226/phys_0021)

DFG





ne classis sit homo, ut loquar verbis H. OLIVAR aspera ad astra itur per varios casus per tot di- Fortis autem hic poscitur animus, mortis terrore um vitæ extreum inter munera naturæ ponat ue dolores, nesciat irasci, nihil cupiat, & potiores HERCULIS ærumnas ducat fævosque labores & his & SARDANAPALI cœnis. En Nobilissimum

ut. de Numeri Quinarii Excellentia §. IX. Juncto Pen- cursus Studentici de Studiosi Monasterio Academi- §. 4. ubi nostro scopo hic inservientia plura in no- runt.

### §. II.

ur NOBILISSIMO ex se nato inest Epietetis, So- Senecæ, Bruti, Catonis. Philosophiam habet cal- lem, i. e. Sie ist im Kopf und nicht auf den Händen, non μερικῶς & in tantum, sed ὁλικῶς & in to- sit in mundo, quasi extra mundum, infra coe- oelum, ne qua pavidum feriant minæ, si fra- s. Loquimur autem præprimis de Politico eeu quem quidem sat aperte indicat §. III. Sect. II. in tempore Stultitiam omnium vitiorum matrem, abitu & commodo erigi. Divites ignobiles oculi. Magnanimæ paupertatis ipsum non pudet. virtuti und gebrauchet sich einer Philosophischen Freyheit. In mundo est nonnisi accidens. im NOBILISSIMUM ad ἀπαθείαν i. e. Nichts- tydens-Befreyung, naturalem bonitatem, & em ducentia. Cum his autem conjunctam de- penes animum fidelissimum.

### §. III.

emque nunc fidelissimum putat je ehrlicher, respicit propria, non Personalia. Studet fi- ten wackern- und edleren Mannen decenti. Uni

B 2

contra